



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

19. De obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

De Obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non.

TIT. XIX.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Panorm. Buttr. Petr. de Rauenna in compendio iuris Can. Martin. Mefnartius in epitome Decret. fol. 23. Daniel Venator. in analysi methodica iuris Pontific. pag. 80. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Callan. & Anastaf. Germon. in summa ad quinque libros Decret. Petr. Alphonsi. de Vasconcel. in harmonia rubr. iuris Canon. Barthol. Carthag. in exposit. titulum iuris Canonici, nouissime Ioan. Honor. lib. 1. summ. in Decretal. omnes sub hac rub.

De materia huius tit. tractarunt S. lueft. Ang. Tabien. & alij Summistæ, verbo, Ratiocinium, Guillelm. Durand. in speculo iur. l. 4. sub hoc tit. apud Hispanos l. 23. tit. 6. p. 1. Alber. in suo dictionario, verb. Obligatus ad ratiocinia, Salzed. ad Bernard. in pract. c. 20. in nouiss. edit. Borgaf. de irreg. in rubr. de obligatis ad ratiocinia, Maiol. eod. tract. lib. 2. c. 11. n. 13. cum seq. q. Soar. tom. 5. de censuris, diff. 51. sect. 3. Cur. Philippica p. 2 lib. 2. c. 9. n. 7. cum seqq. Muñoz de Elcobar de ratiociniis administrandis, cap. 4. Bellet. disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplina cleric. §. 11. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. n. 65. Campan. in dinersorio iuris Canon. rubr. 11. c. 9. nouissime Illustrissimus D. meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus, in comment. ad c. 1. 53. diff.

SUMMARIUM.

- 1 Obligatus ratiociniis deposito onere, & reddita ratione ordinari potest, non uero prius.
- 2 Obligatus ad reddendam rationem alicuius administrationis non ante, sed post redditas rationes ordinari potest.
- 3 Ratiociniis implicati propter administrationem rerum singularium etiam post redditas rationes promoueri non possunt, si super eis lis mota sit.
- 4 Ordines sacros recipere potest, qui grauatus est debito sine aliqua administratione contracto.
- 5 Ordinibus initiari non prohibetur administrator rerum Ecclesiasticarum, aut miserabilium personarum.
- 6 Ratiociniis publicis adstrictus si fideiussor prestiterit, ordinari potest.
- 7 Clericus in aliquo licet minori Ordine constitutus, licet sit tutor, curator, aut aliam administrationem habeat, ad altiores Ordinum gradus ascendere poterit.
- 8 Ratiociniis obligati qualiter per constitutionem Sixti V. prohibeantur ordinari, & Religionem ingredi, ostenditur.

CAP. Magnus. I. Conc. Carthag.

- 1 Obligatus ad ratiocinia ut procurator, actor, &c. ordinari non potest nisi post onus curæ depositum, & reddita ratiocinia. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Ananias.

Tom. I.

Henric. Buttr. Anch. Host. Panorm. Vin. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 330. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 117. remissimè Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumptus est ex Concil. Carthag. l. cap. 8. Burch. l. 2. c. 36. Iou. p. 6. c. 137. refertur ab Anton August. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 11. cap. 1.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 20. num. 1. Henriq. in sum. lib. 14. cap. 5. §. 5. Nau. cons. 1. alijs 4. n. 7. de Regular. Muñoz de Elcobar de ratiociniis, c. 4. n. 1. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. n. 65. & seqq. Curia Philip. part. 2. lib. 2. cap. 9. n. 7. cum seqq. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 11. à n. 7. Campan. in diners. iur. Canon. rubr. 11. cap. 9. n. 2. & 3. Bonacina de censuris, diff. 7. q. 2. punct. 5. num. 2. vers. quarto, ubi in vers. quinto, asserit ad reddendam rationem administrationis publicæ obligari Thesaurarios, aut Depositarios aeris publici, Aduocatos, Magistratus, Iudices, &c. ad reddendam uero rationem administrationis priuatæ obligari illos, qui gesserunt administrationem alicuius personæ secularis, ut sunt Tutores, Procuratores, Curatores, &c.

Amplia ut ratiociniis implicati propter administrationem rerum singularium personarum non solum promoueri nequeant dum gerunt, exercentque officium, sed etiam expleta administratione & officio, si de dolo in administratione, vel redditione computorum perpetrato lis aliqua mota esset, vel in prociectu esset ut moueretur, tunc enim ante litem exitum promoueri non potest, immo si de facto promoueretur, dignus esset depositione, etiam si postea in causa uinceret, gloss. uero, obrepit in cap. tantis Daniel, & ibid. Archid. 81. diff. Maiol. de irregul. lib. 2. c. 11. num. 4. vers. in priuatis, Salzed. d. c. 20. num. 3. Campan. d. c. 9. num. 3.

Limita primò in eo, qui grauatus est debito sine aliqua administratione contracto, ueluti ex mutuo, locatione, vel emptione, aut similibus alijs contractibus, nam obligatione, vel lite pendente ab Ordinibus sacris minime arcetur, ut per Abb. hic q. antepen. Salzed. d. c. 20. n. 4. vers. inter, nisi maximo ære alieno grauatus in bonis non habeat ut debitis satisfaciatur, Campanil. d. c. 9. n. 9.

Secundò limita in eo, qui rerum Ecclesiasticarum, aut miserabilium personarum, vel cuiuslibet alterius pie causæ, vel priuatæ administrator fuerit, quia administratione pendente Ordinibus initiari non prohibetur, c. ult. 80. diff. c. indicatum 89. diff. l. 23. tit. 6. p. 1. Bellet. d. §. 11. n. 5. Salzed. d. c. 20. n. 5. vers. item, Campan. d. c. 9. vers. prædicta autem prohibitor.

Tertiò limita in eo, qui publicis ratiociniis adstrictus fideiussor prestiterit, ut per Abb. hic n. 10. Gregor. l. 23. verbo, pro se pue de ordenar, tit. 6. part. 1. Maiol. de irregul. lib. 2. c. 11. n. 14. subdens hoc procedere si fideiussor constituat se principalem, ita ut possit ante principalem debitorem conueniri, Salzed. d. c. 20. n. 6. Campan. d. c. 9. n. 12. ubi n. 13. cum Maiolo d. c. 11. n. 13. resoluit heredem obligatum ad reddendas rationes detineri Ordinibus insigniri.

Quartò limita in eo, qui in aliquo licet minori constitutus Ordine, alicuius etiam si laicalis personæ tutor, curator, aut generalis quomodolibet fuerit administrator, tamen si nondum ceptum sit de administratione ratiocinari, ad altiores enim Ordinum gradus ascendere poterit, ut per Ioan. Fab. in l. quisquis, n. 3. C. de Episcopis, & cleric. Campan. d. c. 9. n. 11.

Circa volentes ingredi Religionem emanauit constitutio Sixti V. incip. Cum de omnibus, dat. Romæ Kalend. Decembris 1586. Pontificatus sui anno III. qua constitutum est ne ratiociniis obligati, & qui

R

ita

ta ipsis reddentis sunt obnoxij, vt ex eorum ingressu in religionem qualibet lis, iniuria, siue molestia timeatur, possint religionem ingredi, nec in ipsa profiteri, & si in contrarium fiat professio, erit nulla, cuius verba, quae ibi ad hoc propositum ponuntur, sunt quae sequuntur. *Antiquitate Apost.* perpetuo statuimus & ordinamus vt huiusmodi ere alieno supra vires facultatum suarum grauari, vel reddendis rationibus obnoxij; & obligari nullatenus recipiantur, & super hoc fiat informatio, &c. & omne in contrarium factum irritamus, & annullamus, viribusque & effectu currere decernimus. Quae constit. cum nullum discrimen constituat inter publica, vel privata rationia, de omnibus generaliter est intelligenda, arg. l. de pretio, ff. de publiciana in rem actione, resoluunt Fr. Emman. quest. Regular. tom. 3. q. 10. artic. 1. Ludou. Miranda in man. prelat. tom. 1. q. 17. art. 6. Sanch. in praecepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. c. 1. q. 29. Soar. tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 7. n. 20. Bart. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 1. dub. 1. c. 3. Salzed. d. 1. c. 1. in fin. vbi etiam aduertit quod si patrimonium, illius qui profiteri vult, longa administratione superat, nec rationes ita inuolutae sunt vt molestia aliqua quouis quæsto colore inferri non possit, non praestaret hoc impedimentum ad religionem profitendam; additque idem Salzed. praedictam constit. locum non obtinere quando ante religionis ingressum sufficiens cautio praestaretur, qua fideiussores se ad reddendas rationes obligarent, sicut principales debitores.

9. Praedicta quoque constit. in citatis verbis decidens ne onustus, seu grauatus debitis possit aliquam religionem intrare, non habet locum in debitis incertis, & indeterminatis, quorum dominus sciri, & inueniri non potest, & in eo qui grauatus debitis omnibus suis bonis cedit; sed quia circa eius interpretationem multa à Doct. non inuicem adducuntur, qui ea ad longum edificare velit, videat Nau. in com. 1. de Reg. n. 7. vers. quantum & com. 2. n. 42. & n. 60. Muñoz de Escobar d. c. 4. n. 3. cum segg. Azor. inst. mor. p. 1. lib. 1. c. 1. q. 1. Fr. Emman. q. Reg. tom. 2. q. 61. art. 6. & tom. 3. q. 10. art. 9. & 14. Sayr. in clauis Regia lib. 10. tract. 5. c. 7. n. 13. cum multis segg. optimè Lud. Miranda in manuali Prelat. tom. 2. q. 17. art. 6. & 7. latè Sanch. in Decalog. lib. 4. c. 19. n. 19. cum segg. Campan. d. c. 9. vbi n. 13. cum Carol de Tappia ad auth. ingressi, verbo, ingressi, c. 8. n. 7. C. de sacros. Eccles. resoluunt heredem debitoris non posse profiteri quousque reddiderit rationia, sicut nec defunctus quibet, cuius est haeres.

De Corpore vitiatu ordinandis, vel non.

TIT. XIX.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. antiq. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panormit. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 28. verso, Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Martin. Mefnart. in epitome Decretalium, fol. 23. verso. Daniel Venator. in analysi method. iuris Pontifici, pag. 83. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. in paratitulis ad quinque lib. Decret. sub Petr. Alphons. de Vasconcel. in harmonia rubr. iur. Canon. Barthol. Carthag. in exposit. titulorum iuris Canon. & nouiss.

mè Ioan. Honor. lib. 1. summa in Decretal. omnes sub hac rub.

De materia huius tit. scripserunt Angel. Syluest. Rosel. Tabien. & Armil. verbo corpore vitiatu, & apud Hispanos l. 2. tit. 6. p. 1. Borgal. tract. de irreg. tit. de corpore vit. Con. in Clem. si furiosus, p. 1. in princ. a. n. 5. de homicid. Albert. Trot. de vero, & perfectio clerico, l. 2. c. 16. Villadieg. de irreg. c. 1. de corpore vit. Mandos. de signatura gratia, cod. tit. Felician. de censur. tit. de irreg. c. 16. Maiol. de irreg. lib. 1. ex c. 14. usque ad c. 26. & lib. 2. c. 16. & 18. Llamas p. 1. method. c. 12. ex §. 4. Aragon. 2. 2. q. 65. art. 1. vbi Salon. controu. 4. Salzed. ad Bernard. in praxi. canon. c. 17 in nouiss. edit. Nauat. 1. consil. sub hoc tit. septem ponit consilia, & Sayr. in floribus decisi. sub cod. tit. quatuor collocat decisiones, Rebuff. in praxi tit. de dispens. cum corpore vitiatu, Vinald. in candelabro aureo, tit. de irreg. ex vitio corporis, Molina de inst. tract. 3. disp. 70. Beller. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 7. Nicol. Garc. de benef. part. 7. c. 12. de corpore vitiatu, Vgolin. de irregular. c. 46. usque ad §. 5. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 19. punct. 3. de secunda specie Sayr. de censuris, lib. 7. c. 7. 8. & 9. Iacob. de Grassis in decisi. aureis, lib. 4. c. 27. n. 39. cum segg. Henric. in summa lib. 14. c. 8. Auila de censur. p. 7. disp. 3. Soar. cod. tract. disp. 51. sect. 2. Villalob. part. 1. sum. tract. 2. 1. diff. 35. Aegid. de Coninch. tom. 2. disp. 8. dnb. 14. Fr. Emman. in summa tom. 1. cap. 158. quest. Regular. tom. 1. quest. 24. artic. 3. Campan. in diuersorio iuris Canon. rubr. 11. c. 17. Ludou. Mirand. in man. Prelat. tom. 2. quest. 8. artic. 3. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 30. a. n. 44. Bonacina de censur. disp. 7. quest. 2. punct. 1. latè & eleganter Illustriss. D. Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus, in comment. ad Decretal. disp. 55. Paul. Layman. in Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. p. 5. cap. 7.

SVMMARIVM.

1. Presbyter qui in duello digiti partem amisit ex dispensatione proprii Episcopi potest in suo Ordine ministrare.
2. Digito carens Ordinibus initiari potest, dummodo necessarius non sit ad consecrationem.
3. Pollicis pars si desit quando inducatur ex hoc irregularitas, ostenditur.

CAP. De Presbytero. I. Innoc. III.

Presbyter, qui duellum obtulit, vel oblatum accepit, si in eo amisit partem digiti, ita vt sine scandalo possit solemniter celebrare, Episcopus potest dispensare, vt in suo Ordine ministret. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Anch. Host. Panorm. Anan. Butr. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 331. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 118. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 12. c. 11. & est post Conc. Lateranen. sub Alexandr. III. p. 26. cap. 6.

De digito &c.] Aduerte carentem digito sinistrae manus, Ordinibus initiari posse, vt probat c. lator. §. 5. dist. tum etiam dexterae, vt in ibi glo. dicit, dummodo illius carentia in alterutra nec magnam operetur deformitatem, nec aliquis ipsorum sit, qui pernecearius est ad consecrationem, sicut pollex, aut index, quorum altero si quis careat fit irregularis, Borg. de irreg. tit. de corpore vit. n. 4. Salon. in 2. 1. D. Th. q. 95. art. 1. contr. 4. conc. 2. Sayr. de cens. l. 6. c. 15. post n. 12. Belletr. disquisit.